



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntaxis Joa[n]nis Despauterij Niniuit[a]e Berga[rum] diui
Guinnoci ludimagistri**

**Spauter, Johannes de
Argentorati, Anno, M. D. XV.**

Vale quomodo faciendum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70853)

disputant. Quid si utrūq; iuxta sit barbarū, cōditionis nomē domi-
nus est non honoris. Tyrannū non magnificū, Nam & lenonē cui
mancipia sunt, dominū recte dixeris. Magistrū nostrū si dicas, theol-
ogum intelligūt, nostrū magistrū illū posse uocari qui gregē agat.
Tanullū interest inter agreitē caprariū, & celestē theologū. Tu ne o
theologe tætrice, morū censor, & grauitatis columen, his nugis tū
bi places. Tu ne dogma professus qui uetuit uenerabile nomē affe-
ctaremus. Cristas canas erigis q̄ties magister noster appellaris, quā
diluturus si quis noster magicū illud pronomen pretulerit. Magica
sunt ista nō oratoria, & ab aulicis assētoribus in stabul, aut, in sym-
posijs conficta. Indignissima v̄o quę ludis literarijs importent. hæc
eloquentissimus theologus & orator Erasmus roterodamus, q̄ opti-
mo iure debacchatur plurimū in pluraliter uni loquētes, quos ipse
uoscitatores nominat, multis rationibus probat apertissime nullū
esse honorē unicū pluralitue compellare. Sed quid ego (inquit) nūc
belluas istas literas doceam, Etñ si oleū et operam perdit qui asinos
ducit ad lyram, multo maxime qui uetulos asinos. Nam si probatos
grammaticos adimus in prima persona mutat numerus persæpe, aut
modestię, aut festiuitatis, aut euphonię gratia. In tertia p̄sona v̄o rar-
ro, sed eisdem de causis excepta modestia, porro in secunda persona
nūq; nisi inuidię causa mutandus est numerus, quod genus sunt illa
ubi ad te uxoris uentū est, tum siunt senes, et quę uestra libido, unde
repente, quod inuidiosum tot sæculis fuit honorificū esse cœpit, si de
se loqui pluraliter modestū est, alteri loqui pluralitue, maligni atq; in-
uidi sit necesse est. Oro uestrā humanitatē unicū erit mendum. Nem-
pe uulgaris honor, Oro reuerendissimas humanitates uestras, bene-
duplicatū uitiū mediocris honor, & ferēdus. Adde tertiā plenā inie-
ris gratiā. Oro reuerēdissimas paternitates uestras domine prestātis-
sime. Cumulatissimā uis inire gratiā. Quadrigā barbarissimorū faci-
to hūc in modū. Oro reuerēdissimas paternitates ūras, dñe p̄stātissi-
me dñe p̄sul euge euge, iste demū honorificētissimus ē sermo. Cui⁹
si quis spurcitiā nō uidet, illiteratissimus sit necesse est. si quū uideat
non expuit, patientissimus, si tam absurdā assentationē libētius etiā
auribus haurit gloriosissimus etiā sit oportet. hæc & multo plura
in leuissimos nebulones doctissimus theologus & orator Erasmus.

Vale quomodo faciendum.

Claudūtur Ciceronis epistolę ferme hoc uerbo. Vale, cui uix unq̄
quippiā adijcit, possumus & sic uale facere, ut Erasmus cum Mancí-
nello docet. Mea Terentiā uale. Vale mi suauissime frater. Mea spes-

Ioannis Despauterij Niniuite

uale. Vale mea lux &c. Cōmunē ualitudinē fac cures. Si tu rectē ua-
les nos male ualere nō poterimus, ualitudinē tuę siquidē nos ualere
uis omni cura serui. Itē ut Badius cum alijs notauit sic. Vale & bene
age. uale & me ut facis, ama. Aueto & me ut cōpisti amare, pergito.
Vale literarū decus, aut morū columē. Idē, maiore minor salute ne
imptiet. Sed salutē aut fœlicitatē optet. Nā in Comico quū Gnato
Parmenonē salute imptit, superiorē se significat per parasiticā petulā-
tā. Itē etiā atq; etiā cura ut ualeas, nos pulchre ualemus oēs, ualebis
mi Cicero nosq; mutuo diliges. Si quid erit (inquit Erasmus) qd ma-
gnopere uolemus eius animo insidere, id uale subnectimus. Etenim q
nouissime dicuntur in discessu, ea recentissime meminisse solemus, ut
uale, nosq; quod facis ama. uale mi Cicero. & hoc unū memeto te
inter uenena uiuere. Vale. ualebis autē si philosophiā amplecteris.
Vale. & ubicunq; eris mortalē te cogita. Vale nostri memor. Vale
& nois immortalitati mi frater incūbe. Subdit idē. Illud bellū quoties
iam scripto uale tū demū quippiā in mentē fingimus uenire hūc ad
modū. Vale at heus tu ppe modū pterierā quod in primis dictū
oportuit. Vale, sed deū immortalē quia q; pene exciderat, quod neu-
tiq; pteritū oportuit. Vale iam parabā epistolā obsignare, sed pter
ociū obtigit, libet etiā diutius tecū garrere. Vale, sed iam percōmor-
de in mentē incidit. Vale at nunc demū occurrit quod primo loco
scriptū oportuit. Vale pœne soceri tui recordabar. Vale. iam cære
annullū admouerā mirū q; pœne me fugerit. Vale, sed mane dū de
fratre nūc deniq; succurrebat. Vale, sed priusq; obsignē epistolā hoc
addā. Vale, iam epistolam cōplicabā, dum ecce mihi de filia tua fue-
currit, hmōi formę non hoc tātū loco, uerū etiā passim gratiam ha-
bent si quid Fabio credimus. Subijcit idem doctissimus Eras. Quis-
dam hunc in modū ualere iubent, incolumē seruet immortalis deus.
Humanitatē tuā fœliciter, agere precor. Prestatissima tuā florētē &
incolumē tuatur deus clementiā. Sanctitatē tuā in omni p̄speritate
cōfirmet, ppitius Iesus. hęc quidē, ut nō rep̄hēdo, ita istas assutas ap-
pendices nō fero. Vale in eo q uastū cingit fluctibus orbē. Valētem
te tueat q mare & terras uarijs mundū tēperat oris. Nisi qd assuitur
pulchre cū ep̄la cohęreat. Badius ait. Si tñ ad uirū grauitate pstantē
scripsero, uix audeā sic reuocare, at heus tu &c. sed potius dicā. Da
ueniā uirorū optime si tuā dignitatē iterū cōuenio, pene em̄ id dices
re neglexerā &c. Et si pluscula interposuimus addemus iterū Vale.
recte etiā dices uale ac salue, uale saluus, & uiue beatus &c.

Quid post uale.